altera / 4a causa potest esse
propinquitas materie ad vias ex-
pulsionis propter quam sequitur ve-
locitas expulsionis eius ad
exterius · et morbi resolutio · sicut
ad materie situm oppositum sequitur
egritudinis elongatio propter istas
itaque causas · apparet quod vbi materia
fuerit pauca et valde grossa
tunc faciet paroxismum eueniet
de 10 in 1m · de 8o · in 8m
diem Et econuerso varia
faciet paroxismum velociorem ac-
cessus Apparet etiam 2o · quod vbi
fuerit materia grossa et multa
multo tempore durabit paroxismus

Et econuerso · Istis correlatiuis
que patent concludenda dicten-
do intelligendum est · Et ex om-
nibus istis inpretem collatis
diligens consideratur eligere poterit
signa specierum huius sede di-
stinctiua Cum enim in putrel-
lima colera inveniuntur quantitas
et acuitas eius valde potens
super flate tunc dolor iste propter
tum inflamatione faciei · pulsa-
tione venarum capitis inflama-
tione · punctione et mordicatione
eius cum vigiliis · siti · amari-
tudine oris · appetitu ad ua-
cuandum · et iram · contur-
batione in sompno · velocitate
mobilitatis in operibus et cetera
Cum autem quantitas flatus multum cole-
commisceri · tunc faciunt opposita
signa primum grauitas vel pon-
derositas capitis / 2m sompni
profunditas vel prolixitas / 3m
corporum aquarum in dormitione
apparicio / 4m oris salsedo vel
insipiditas / 5m viscosa materie
in palato inuentio · 6m faci-
ei palliditas aliquali subcitrinitate
refracta · et in pulsu non magna
velocitas nec frequentia · vel
magnitudo · sicut econtra domanante
colera cum aliis pluribus de causis
contentis pulsuum et cetera

Capitulum 2m sectionis 2e de causis abla- tionis odoratus

Licet nocumentum in olfactu si quis
viri completum sit · quia ablatum
est · quia tamen olfactiue po-
tencie · operaciones quandoque diminuti
quandoque corrumpuntur · sicut et omnium
aliarum virtutum operaciones triplex
notitia iam dictum accidit propter
Pro conuenienciori itaque horum
intellectu premittendum quod inebria-
rum que olfactus operatio impletur
aliqua dicta sunt attrahencia
aliqua vero defensiua · altera

Recipien^a^ vel colligentia. Reliqua
vero perficientia. Primum itaque me
brorum ipsorum est lacertus diffusus
per substantiam panniculi interioris partis
nasi velat quod quid movetur
per animalem spiritum delatum sibi ab
anteriori parte cerebri per panni
culos recipientes ipsum. et quod est
lacertus iuvat olfactum attrahen
do aerem ab extra ad interiora na
si. qui aer necessarius est ad defen
dendum species odorabiles vel fetidas
vel vapores ab eodem elevatos
quoniam sine aere tanquam sine me
dio nichil valuerint olfacere. Et
hic est lacertus est ille per quem
fit aeris et vaporis ab extra
ad intus inspiratio. et eorum
de adextra ab intus expiratio.
Secundum vero membrum olfactus perfe
ctivum est os colatum cum inferiori
cartilagine nasi. per quem duo
deferentur aer vel fumus ad cere
Tertium vero membrum est colligens
illum aerem vel fumum detinens
vel conservans ipsum sunt cartila
gines nasi superiores nominate
rize multiplicibus foraminibus con
cavate in quibus aer vel fumus
receptus conservatur. in quo
aere obiecti odorabilis species reci
piuntur absque mutatione alicuius
vaporis a corpore odorabili
vel fetido elevati. Et hoc secundum
opinionem que tenet quod ad hoc
quod odoratus perficiatur non est necessarium
ab obiecto odorabili elevari
fumum medium organum et potentiam
olfactivam immutantem. licet opinio
plurium sit illam evaporationem esse
necessariam et maxime illorum qui dicunt
quod odor sit fumalis evaporatio. id est quod
odoratus fit per fumalem evaporationem.
Et colligantur hee speculationes
2° de anima et 1° de causis
et mor. quarto. tractatu 2° capitulo primo
Qualitas vero odoratus iam
dicta est in capitulo de tactu. si odoratus

fit in aere. id est per aerem dela
tum ad cerebrum cum pacione ipsius
scilicet aeris a speciebus odorabilibus
in aerem impressas. Aut scilicet odo
ratus fit per vaporem qui resol
vitur. id est qui elevatur a corpore
odorabili. Unde quod has duas
opiniones in parvo sermone in
tellexit A. Et declarans A.
has duas questiones quantum
proposito pertinet, dicit quod medicus
recipiat quod odoratus est. id est perficitur
in radice scilicet in principio spinum
tinctus quod est cerebrum propter
conversionem aliquam id est impressionem
in aere factam. sive a speciebus
sive a vapore a corpore odora
bili elevato secundum viam dela
tionis scilicet illius aeris ad caruncu
las mamillares immutantes eas
et potentiam olfactivam que fun
datur in eis. Quartum vero membrum
olfactus perfectivum sunt duo addi
tamenta similia papillis ma
millarum que nominantur ab aucto
ribus caruncule mamillares que
in rei veritate sunt de substantia ce
rebri. in quibus mediantibus poris
earum recipitur aer cui immixtus
est vapor ab odorabili corpore
elevatus. Aut quia aer a spe
ciebus odorabilibus alteratus est absque
mutatione alicuius vaporis in eodem
aere commixti. Recipitur igitur aer
receptus in poris harum caru
cularum transiens per foramen
panniculi recipientis illas caru
culas. que opportuit esse perfora
tum propter hanc causam. Et etiam
propter aliam. que est ut super
fluitates in duobus anterioribus
ventriculis cerebri congregate
valde faciliter a cerebro impul
se adextra expelli possent. Cum
attractione igitur huius aeris
immutantur organa predicta scilicet
caruculas et spiritum animalem a cerebro
ad eas provenientem immutari

Potentia olfactiva eiusdem ut da-
bitata taliter quod exit in actu
sentiendi propter hoc sic olfactiva no-
minata. Et potes omnes istos
sermones pulcherrime colligere
t(ertio) a. 2° v. cap° primo. Consultam
in anathomia de hac materia per me
preter expositam grandi nunc di-
mitto. Et ex horum fundamentis
plura potes solvere problemata.
Primum propter quid in stegitativa
opilati porrectas vias nequaquam
odorant odorabilia neque per-
cipiunt fetida aut diminute hoc
faciunt. Sicut enim pura existente
opilacione parum odorant et di-
minute, ita completa existente opilo-
ne nullomodo odorare possunt.
2m problema est. Quare
quidam homines pure alii vero
non ita perfecte odorant. Quibus
enim est complexio in anteriori parte
cerebri mala est odoratus et
diminutus. Quibus vero est perfectus
siccitatis melior est odoratus ut
de coleris comparatis ad flegmaticos
et de melancolicis ad sanguineos.
Licet enim in sanguineo propter
augmentum humiditatis debet
esse imperfectior olfactus. In meli-
co vero perfectus eius propter ma-
iorem expurgationem et excitati-
onem organorum. Que in eis est
tamen quia calor fortior est
in sanguineo quam in melico
ipse tunc maiori augmento humi-
perfectius odorat. Quoniam virtus
melicorum que debilis est tunc
minori quantitate humidi certe.
Et ex collatis in hoc capitulo
diligenter dico quod nocumentum
in odoratu contingere potest
ex parte vel nocumentis diver-
sas partes convenientium. Quo-
rum primum est ex parte virtutis
2m ex parte instrumenti. 3m ex
parte organi principalis percipi-
entis olfactum. 4m ex parte
medii scilicet sapientis et colli-
gentis aerem immixtum vel infor-
matum speciebus vel vaporibus
ab odorabili corpore elevatis.
5m est propter nocumentum inventum
in membris attractivis aeris
de quibus ultimum est ex parte membro-
rum vel narium per quas pre-
dictus aer defertur ad organum
olfactus. Et primum quidem horum
declaratur quoniam cum virtus tota
cerebri debilis fuerit tunc mem-
bra non possunt operationes produ-
cere que necesse sunt ad bene
esse individui. Unde et propter
hoc in senibus et debilibus a generatione
et resolutis in longis egritudinibus
et in fortibus euacuationibus odoratus
ut in pluribus aufertur aut sal-
tem ut in pluribus diminuitur.
2m vero nocumentum ex parte
instrumenti scilicet spiritus animalis qui de-
fertur a cerebro ad carunculas
mamillares declaratur quoniam potentia
olfactiva non exit in operationem
suam aut propter penuriam spiritus
predicti quod contingere potest propter
opilationes cadentes in pari ner-
vorum qui oriuntur ab anteriori
parte cerebri. Si igitur in principio
eorum ortus a cerebro aut in
medio eorum aut in altera
extrema parte ipsorum tractus
in subam caruncularum contingit
opilatio, tunc aut erit completa
et negabitur omnis transitus
spiritus predictorum et accidet
inde ablatio olfactus sicut
credo in hoc vico contingere.
Si autem opilatio semicompleta
fuerit tunc accidet diminutio
in operatione sensus olfactus ut
intelligebis. Contingit etiam quod
penuria vel paucitas spiritus
propter fortes euacuationes a capite
distrahentes similiter et quandoque

Contingit nocumentum in olfactu ex parte qualitatis spiritus uel distemperie in genere sua. et non potest esse instrumentum operacionis conueniens / quia non bene mobilis nec penetrabilis in substanciam caruncularum propter frigiditatem suam. Secundo quia sine calore s[ed] actuali uel potenciali sensitiuum non generatur. 3o de anima colligendum. Similiter etiam si contingit spiritum in suo genere ualde distemperatum esse in calore tunc dato quod expellatur a cerebro cum debita sui quantitate. tamen non poterit esse conueniens instrumentum potencie olfactiue. Aut quia in via consumitur eius a cerebro ad carunculas / aut in carunculis iam receptus. plus inseruit exalabit. quam recipiat a carunculis temperamentum. quo producto olfactiua potencia operatur. Et iterum similiter contingit nocumentum in olfactu propter permutacionem spiritus in substancia ut quia nimium grossus et vaporibus turbulentis commixtus non potest bene modificari a forma caruncularum ita ut fiat instrumentum olfactui conueniens. Et eciam poterit hoc contingere propter permutacionem spiritus ad magnam subtilitatem et vaporacionem. Ex quibus apparet quod nocumentum in olfactu contingere potest ex parte instrumenti valde pauca subtilia et transpirabilia / sicut econtrario quando contingit spiritum esse grossum et frigidum uel vaporibus commixtum. Utrum autem olfactiua operacio noceri possit per augmentum quantitatem spirituum cum debita ipsius generacione et modo substanciali questio est. que non indiget hic discussione. Sed credo ego quod stante temperamento spiritus in qualitatibus primis et 2is et si quantitate augeatur spiritus non posset tamen

operacio olfactiua per ipsius augmentum ledi aliqua lesionis specie. Licet aliqui crediderint oppositum esse verum // 3m vero de premissis declarandum est. quod propter nocumentum contingens in principali organo olfactus impeditur operacio ipsius. De hoc autem huius olfactiue operacionis organo. varie sunt inuente opiniones. Quidam enim crediderunt tale organum esse duos ventriculos anteriores cerebri. ponentes additamenta mamillaria cerebri non esse principale organum olfactus. sed solum receptiuum actus uel specierum obiectorum. Secundo quia aut ista additamenta sunt partes cerebri. que communicant cum eo nomine et diffinicione. ergo erunt productiue operacionis cerebri cum sint cerebri partes. Si vero dicatur quod tales non sunt de substancia cerebri tunc oportet necessario collocare eas sub denominacione alicuius membrorum simplicium aut compositorum. et non poterit assignari hoc/ nisi dicatur quod sint de essencia medulle. et tunc necessario disputando probabitur quod erunt de eadem medullari substancia qua cerebrum est. et stabit tunc vitans discursus precedentis quod hec operacio olfactiua appropriabitur cerebro ut prius deductum est. Si autem dicatur quod eponente sunt sub denominacione aliorum membrorum simplicium tunc hoc videtur impossibile / quoniam caruncule mamillares non sunt caro / non neruus non os / nec cartilago igitur etc. Et pari racione non potest dici quod sint membra composita. quia nec brachium nec pes nec cor non erat etc. Tunc igitur ex relinquitur igitur secundum hanc opinionem quod principale organum olfactus est cerebrum quod erat deducendum

Et potest aliqualiter trahi ex
sententia A. in 7a 2v capitulo pre-
allegato dum dicit quod odoratus
est in radice scilicet in cerebro quod
est organum manifestum sensui omnium.
Altera autem opinio ponit quod
principale organum olfactus sint
caruncule mamillares. Ro. quia
quamvis aer cum speciebus odorabilibus
vel vaporibus eius deferatur ad
eas, tamen cito et instantanee fit
sensatio, sed non tam cito vel instan-
tanee videtur aerem talem de-
ferri posse ad cerebrum. ergo non
poterit fieri tam subita vel in-
stantanea odorabilis obiecti sensatio.
Consequens autem repugnat experi-
encie. igitur relinquitur quod in
carunculis fundatur virtus vel po-
tencia olfactus. Et clare te-
tigit Galienus opinionem in 7a 2v
capitulo primo ubi inquit Et anathomiam
insterminatam quo fit odoratus su-
perius ostendit anothomia nasi quia
nasus includit carunculas in sui
anothomia. Et subiungit aliud
quod sunt instrumentum odoratus sunt
duo additamenta mamillaria que
sunt in anteriori cerebro, et exte-
duntur, i. ex parte a duobus
ventriculis anterioribus cerebri, 2a
vero opinio posuit quod principale
organum olfactus est cerebrum
simul cum predictis carunculis
mamillaribus. Credidit enim hec
opinio quod carunculis mamillaribus
passe non posse perduci operationem
olfactivam absque aliis partibus
duorum ventriculorum anteriorum
cerebri. Et clare expressit
Galienus opinionem A. preallegato
capitulo 7a 2v ubi inquit Et
ex duabus extremitatibus eius ac-
cipit cerebrum et duo addi-
tamenta simplex mamillaria nata
ex eo sunt cerebro odorem, i. speciem

odoris cum attraccione aeris.
Ego autem credo quod in partibus
mamillaribus iam predictis radi-
caliter fundatur operatio olfactiva propria
quia videtur potencia ipsarum exit
in actum olfaciendi cum debitis
circumstanciis ad operandum requi-
sitis. Item olfactus est potencia
exterior sensitiva. sed omnes alie po-
tencie sensitive exteriores habent
membrum adequatum in quo fun-
dantur igitur et ista. 3a Gene-
ratio sicut in aliis virtutibus quibus-
dam aliis partibus cerebri
cellulis fundantur diverse
virtutes. Declaratur operationem pro-
ductam ita non inquit in caru-
nculis que sunt essenciales partes
cerebri fundari potenciam olfactivam
Et prima pars antecedentis est
vera. Ro. quia in anteriori ve-
triculo sensus communis et fan-
tasia. in medio vero ventriculo
cerebri virtus ymaginativa et
cogitativa locantur. in posteriori
vero memoria. Igitur et in partibus
mamillaribus simili racione po-
terit olfactiva potencia collo-
cari. Amplius ex sola caru-
cularum mamillarium lesione
generali corporali et unitate
absque alicuius partium cerebri lesione
leditur olfactiva operatio et non
econtra. sed quod per lesionem partium ali-
quarum cerebri non ledatur
operatio olfactiva igitur in caru-
nculis ~~olef~~ mamillaribus principa-
liter potencia olfactiva collo-
catur quod erat deducendum.
Et nota quod motiva prima satis
persuadendo probant, Aliorum vero
ultimum motivum videtur a priori
et a posteriori probare satis si
bene consideras. Et ex horum
omnium summa concluditur si leditur
operatio olfactiva lesione appropriata
membro ipsius productivo

Tercia talis lesio consequi potest
omnem speciem male complexionis inequalis
te Possunt enim nimia caliditas
frigiditas siccitas et humiditas
males esse causa diminuendi cor-
rumpendi et auferendi operationes
olfactive potencie Item omnis
inmoderata distemperancia destruit
actionem proprie virtutis affecte 2a
tercio In morbis membrum patien-
tium Et adhuc foramina omnis
species male complexionis malis hoc
nocumentum efficere potest ut in-
telligetur ex Et iterum quod olc-
factiue potencie ledatur per
species male complexionis accidentes in
superficie in figura et in poris
eius organi velut tunc accidit
opilacionis clarum est videre Et
egritudines tercie item ut apostemata
in naso vel carunculis eminen-
cia ut emoroydes polipus
cancer nocent olfactui vnicuique
quod et experiencia concedit
Et quod item solucio continuitatis casus
percussio atque excoriacio a forti
siue cappitergiis facta olfactui
nocent ab omnibus vniuersa-
liter concessum est Jam autem
ex premissis facile cuiuis patere
potest quid nocumentum in operacione
olfactiua contingere posset ex parte
membri concurrentis ad hanc
operationem per modum suscipiendi et
colligendi aerem iam inspiratum
Quod quidem membrum est superior
ossis nasi pars multis fora-
minibus ab ipsa natura mirabiliter
concauata que foramina etiam
multum angusta sunt Et
sunt multitudinis horum foraminum
causa ut aer iam inspiratus
in multas diuideretur partes Si enim
multum vnitus aer deferretur ad
carunculas ad panniculos et ce-
rebrum tunc non solum lederet ipsum
propter sui frigiditatem aut subitum
impetum / sunt vero angustie
horum foraminum causa ut aer
aer in angustiis partibus detineretur
ita ut aliqualiter remitteretur
in frigiditate sua et subtilia-
retur si grossus prefuisset aut
saltem paulatine deferretur
et attraheretur ad cerebrum / patet
autem quod si foramina illa pauca
et ampla fuissent et aer vni-
tus magis velocius ad ce-
rebrum perueniret et non ita con-
uenienter refrangeretur Hec
videntur esse multiplicitatis horum
foraminum et strictitudinis ipsorum
cause necessarie ad hoc propositum
facientes / licet ipsorum foraminum
alie possint assignari cause
ex parte superfluitatum que
in eis detinentur ut non con-
tinue oris et nasi operationes
impediat destillando ad ea
Vnde ex omnium horum funda-
mento apparet quod lapsus complexionis
frigide diminuit et auferunt
operationem olfactiuam ut in infri-
gidatis cerebrum anterius
Et forcius hiis lapsus hanc
operationem impedirent cum fuerint
males Similiter etiam lapsus
compositionales ut predictorum foraminum
coangustacio a quacumque ut a
tempore perueniens et ipsorum
crassacio et tanquam decepta
occlusio oppilacio Et apostema
et soluta continuitas eorum
in olfactu nocumentum dimi-
nucionis aut ablacionis aut corrup-
cionis efficere possunt Et ex
horum omnium sermone constat in
summa quod olfactui nocumentum
contingere potest ex sex causis
superius enarratis / Primo qui-
dem ex debite causa impositionis

Ad productionem operationis olfactive ut patet in debilitatis longis vel fortibus egritudinibus. 2a vero ex parte instrumenti quia spiritus in qualitate et quantitate variati. 3a vero ex parte nocumenti principalis organi quod est cerebrum aut caruncule mamillares aut utrumque simul. 4a vero ex parte nocumenti advenientis in osse caduniasi riza nominati. 5a vero ex parte membri attractionis aeris quod est lacertus predictus. 6a et ultima ex parte viarum que deferre debent aerem iam attractum ut quia solute vel clause vel exaspirate sunt. Et ultra ex istis concluditur quod ad perfectam curationem huius dispositionis necesse est cognoscere partem vel partes ex quarum nocumento contingat lesio in operatione olfactus quarum rectificatio et vera curatio est necessaria.

Capitulum 3m sectionis 2e de causis ymaginationum vel corrupte visionis in hoc viro existentis

Iam vero ex predictis videtur esse acceptum fundamentum verificationis huius dispositionis scilicet ymaginationum. Ideo quia in cerebro huius viri et toto capite eius propter debilitatem generantur et congregantur vapores multi qui commiscentur spiritui animali et deferuntur ad organum visionis quod est cristaloydes. Et secundum quod contingit hos vapores turbulentos esse

vel opacos vel colore quodam tinctos subcitrinum vel subrubeum ita contingit potentiam visivam corrupte iudicare de speciebus obiectorum visibilium. Ita quod quandoque potentia visiva iudicat vel apprehendit colores illos qui commiscentur speciebus obiectorum exteriorum esse exteriores dato quod in aere non talis color existat qualis representatur organo et potentie visive a predictis vaporibus qui commixti sunt spiritui visibili et colorati talibus coloribus. Et ex istis ratio concluditur quod similiter potentia visiva corrupte percipit vel iudicat quandoque corpora in aere exterius moveri circulariter vel lateraliter vel secundum ascensum et descensum vel perforata vel in modum rotis secundum quod contingit vapores predictos spiritui visibili commixtos in spiritu predicto efficere motum rotationis vel alterius de predictis. Et secundum quod contingeret ipsos vapores variis situbus situari qui commixti sunt spiritui iam predicto, propter quod apparet quod volenti canonice curare operationes predictas necesse est has nocumenti causas productas advenientes cognoscere. Et hoc similiter colligere potes 3a 3a lectione prime partis capitulo de ymaginationibus dicentem inquam ymaginationes sunt colores qui sentiuntur cum visu. Et si quando longo tempore tales vapores in cerebro permaneant tanto tempore ut per viam infrigidationis convertantur in aquam que defluens ad organum visionis impediat receptionem

Spermm ab obiectis tue patz
q patus est eger de ymagi-
nacionibus transiit ad aquaz
que kataracta i. defluxus
denominatur et tandem de aq
ad panu ad tuus confirmacionem
sequitur ceratas At hos sermo-
nes etiam intellexit d. pal
leggrato tr capo de aqua
du inquit descensus aque
est oftudo apilata stas int 2c

Capitulum xiiii declara-tiuum causarum dimi-nutionis et corrupti-onis digestionis stoma

chi
Licet cause diminuentes dige-
stionem stomachi et corrumpentes
illam plurime possint esse, sed
ego tamen illas tangam tantum
que videntur michi ad propositum
magis conuenientes Vna vero
causarum nocumentum diminucionis
digestionis in stomacho huius
viri est multitudo humiditatis
partim a tate partim ab epate
communicate stomacho que ex
sui frigiditate diminuit calorem
naturalem stomachi 2a vero
causa est paucitas caloris
communicati stomacho a membris
circumstantibus quorum iuuamento
perficitur stomachi digestio Est
enim musculi ventris longitudinales
et latitudinales pauce carnositatis
Et mirach etiam est gracile
vel tenue pauce pinguedinis
et epar eius sic sit ad ca-
liditatis et siccitatis lapsum tamen
quia in eo multe congregantur
humiditates per modum indigestis
ab hoc lapsu prouenientes
quod attinet ne splenis / ro
ipsius hec omnia stomachus
diminute digerit De caus-

sis vero per essenciale nocumentum
stomachi digestionem diminuentibus
prima et maior est mala fri-
ct. hu ipsius stomachi cum
multitudine humiditatum iam
dictarum, 2a vero est multi-
tudo ventositatum que in eius
stomacho generantur que sunt
causa diminute digestionis
inquietando et spergendo
cibum qui debet in stomacho
vinctus et congregatus per-
manere si debet quod ut digeri
De causis vero accidentalibus
diminutionibus digestionum sunt
multitudo potus et cibi, 2a
vero est frequens ciborum assumpcio
ut indigestum superuenit in
digestio, 3a causa est motus
per exercitium forte post cibi
assumpcionem, 4a causa est
frequens et multus coitus
Quinta causa est frequens
eius preuentio per fluxum
sanguinis et per euacuaciones artifi-
ciales Sexta causa esse
potest ex parte ciborum
difficilis digestionis de qui-
bus in posterum videbitur
Inter quas omnes causas,
quinque principaliter in hoc viro
diminutam digestionem michi
videntur efficere scilicet vna essen-
cialis que est diminuta ca-
liditas stomachi, 2a ex
parte pauce communicacionis
caloris stomacho a circum-
stantibus membris, 3a vero
causa et quinta paulo ante
dicte et 6a etiam videntur
in hoc viro digestionis efficere
nocumentum iam predictum Et
vero iterum causa corrupcio-
nis in eo digestionis michi

Videtur esse multitudo delega-
tionis mei colerice a chisti fell
ad stomachum ipsius. Et quia
in hoc viro non dubito esse
amplitudinem canalis ramifi-
cati a chisti fellis per que por-
tatur ma colerica ad fundum
stomachi. Et ad hoc persuadet potest
ex multis. primo propter multitudinem
mei colerice in stomacho eius
quamquam precepte. 2o propter velocita-
tem incursus ardoris in sto-
macho. Si enim ma esset pau-
ca et transiret per angustam
viam non ita cito et tam magnum
efficere nocumentum posset. Item
et 3o quia vene satis am-
ple comprehendimus in eo et precipue
sub ventre. 2a causa corru-
ptionis digestionis in stomacho
ipsius potest esse mala compo-
sitio epatis ipsi stomacho
quantum adhuc secundum ma colerica
Sicut enim ut in pluribus opor-
dinacio et ablacio pervenit
a frate. ita et ipsarum corrupcio
pervenit a caliditate ut prima
3y et 2o tertius colligendum
3a etiam causa corruptionis
digestionis stomachi et ardoris
in eo potest esse ma salsa
a capite defluens ad stomachum
sicut in eo quamquam contingit
4a vero causa potest esse ex
parte ciborum plurium qui in
quorundam hominum stomachis
corrumpi consueverunt ut patet
de ovis et frixionibus et si-
milibus. Et ad has causas
corruptionis concurrere possunt
plurime de causis que assi-
gnate sunt in digestionis
diminutione. et tu contra illas
Vero necesse est diversas curas
facere. etiam secundum eam cognosce
causas illorum productivas

Capitulum 7m sectionis
2e de causis dolo-
rum renium sequitur
Contingunt autem in renibus
huius viri dolores in renibus
ab antiqua causa. propter opilaciones
in renibus factas. et maxime
in principio pororum urinalium
Unde quod ab eis aquositas hu-
moralis non evacuatur quemadmodum
et quantitate oportet. ymo retinetur
circa partes renum simul cum me-
bris que cum ea consueve-
runt evacuari accidit in eis
dolor propter subitam alteracionem
provenientem a membris frigidis
vel calidis. Aut eveniunt
in hiis dolores propterea quia
materia ibidem retente ventositati
et faciunt solucionem continuitatis per
modum extensionis. Aut item
3o dolor in renibus ipsius
evenire potest. quia materia flatice
aut mixte ex colera et fla-
te propter opilaciones in renibus
longo tempore conservate exco-
quuntur a forti caliditate. Unde
ex eis generantur arene vel
lapilli qui retenti in colato-
rio parvo renum causa fiunt
doloris vehementis. Natura enim
temptat emittere arenulas vel
lapillos illos. et non est ei
possibile nisi propter vehementem exten-
sionem vel dilatacionem pororum
colatoriorum. que non possunt fieri
absque vehementi dolore. Item
in viro isto sepe eveniunt
dolores a mala complexione frigida
vel calida vel a solucione continuitatis
iam predictis. Cognoscuntur
autem dolores a mala complexione
frigida mali per urinam albam
et coloratam aquosam etc. Et
cognoscuntur opilaciones

Per ipsarum tenuitate vel sub
tilitatem. Quoniam vrine opi
lacione sunt tenues clare Et
cognoscuntur arenate vel capillo
rum diuisitates quoniam arene
rubee ad opacitatem tendentes
fiunt ex sanguine adhusto flate
commixto. et rubee clarae vel cit
rine fiunt ex colerica materia flebotomia co
mixta. sicut albe fiunt ex flate
velsti cottone in renibus petrifi
cato Et ex signis que in eo
comprehendi dolores renum eius
sunt ab opilacionibus et arenulis
et a mala compone talia proueniens

Capitulum 9m in sectionis 2e declaratiuum complexionis calide et sicce epatis ipsius

Complexionem epatis huius viri
declinare ad calidum et siccum multa
motiua declarant Et primo
quidem caliditatem eius declarant
tactus Ex quia tangendo to
tum corpus et precipue ypocondrium
dextrum percipitur ibidem mani
festa caliditas Secundo vero declarat
ad signum supradictum ab opinionibus Ex
quod totum corpus eius calescit
caliditate sanguinis et spiritus naturalis
ab epate toti collata Apparet enim
in eo vestigium caliditatis intense
proueniens ab epate magis quam a
corde Quoniam neque animositas vel
audacia. non furor neque pulsus
magnus velox et frequens
notabilis. non est pilorum multitudo
super pectore. neque alia signa
cordis calefactiua visitanti
in eo Igitur caliditatis augmentum
in hoc viro in totum corpus prouenit
magis ab epate quam a corde
Amplius coloris rubicunditas
vrine tinctura notabilis et super
re digestionis attestantur ca
lori aucto epatis eius Sicci
tatem vero epatis declarant

Paucitas carnis et venarum
multitudo non multa et sitis et
oris amaritudo. et vrine te
nuitas acuta et tincte et vlce
rum corporis multitudo grauis
vel materialis / preternaturalem vero siccitatem
epatis et caliditatem arguunt fre
quens euentus egritudinum co
lericarum et vigiliarum instancia
nisi approximatione contingat propter
euaporacionem multam a stoma
cho delatam capiti propter flata
in eo congregata per viam
indigestionis Et plura alia
signa huius proposito conueniencia
adducere possem. nisi time
rem longitudinem Restat ergo
declarare quod in hoc viro frequenter
multe humiditates in epate
ipsius congregentur Nam propter
lapsum calidum et siccum notabiliter
intensum per viam debilitatis
epatis exiliuus in multas partes
aquas conuertitur Non enim con
templanti ex theorica diffi
cile videtur concedere in eodem
membro duos lapsus contrarios
vel vnum et eundem lapsum
duorum vel plurium contrariorum
effectuum productiuum Nam caliditate
enim et siccitate ipsius per se proueniunt
macies et extenuacio et pri
uacio humiditatis. et ab eo per
accidens debilitato digestiua proue
niens potest humiditas augmentum
sicut in viro isto de facto
contingit Epar enim huius est
lapsum ad caliditatem et siccitatem
positiuam et naturalem ut supra
ostensum est et ad humidita
tem multam infusam per viam
indigestionis est permutatum

Capitulum 10m sectionis 2e investigatiuum causarum retentionis fluxus emoroydarum

Sicut ex hiis que ex ore eg
et astancium et familiarum ac
cepi iam alias vir iste solu
it habere apertum emoroidarum pre
dictarum, ita quod quamlibet eius per eas
purgabat a spacio xx dierum
usque ad unum mensem Alio tempore
vero quinque vel sex annorum cir
ca iam est facta retencio earum
et non dubito quin magna cau
sa gravitatis capitis et aliorum
accidentium est ipsarum retentio, sic
enim per earum apertionem educeretur
sanguis vel alie materie cum eo
commixte que possent gravare
caput debilitare stomachum
epar et omnia alia membra
de quibus timeri Et potest corpus
securari ab eventu predictorum
accidentium, sive quia massa san
guinea retenta per modum al
teracionis calefacta vel infrigidata
offenderit epar renes et stoma
chum, sive materie retente predicte
per modum evaporacionis vel vento
sitatis fecerint sadam vento
sam vel vaporosam vel tremulum
cordis et alia iam predicta
nocumenta Potuit autem in eo
fieri retencio emoroidarum multis ex
causis Et prima quidem causa
potest esse debilitas virtutis
expulsive, 2a vero causa
ex parte lapsus potest esse
frigiditas et siccitas constrictiva
vel clausiva venarum, 3a
vero causa potest esse paucitas
sanguinis et grossicies eius
cum commixta eius humiditate
4a vero causa potest esse ductio
sio ipsius sanguinis ad supe
riores partes propter dolorem
5a et ultima causa potest esse
clausio extremitatum quarumque ve
narum que desseminate sunt in

In inferiori parte intestini fuerit vel
sit clausio a siccitate vel a siccitate
sive a vel suppurationibus vel ab
eventu apparatu in intestino ia
dicto Unde propter hanc clau
sionem necesse est maius superioribus
partibus nocumentum efficere ut iam
dictum est

Capitulum 2m et ultimum sectionis 2e explanans cau sas tremoris cordis

Considerandi diligenter ex pre
dictis faciliter videbitur invenire
mere causas motus tremuli
cordis ipsius, potest enim ma
la qualitas et commixta humiditatum circa
cordis ipsius esse causa timoris
ipsius, sive per viam debilitatis
ipsius virtutis motive cordis
hoc efficiat, sive quia multa
humiditas reddit cor mollius
et fluidum, sive propter debilitatem
doloris multus vapor vel ven
tositas in corde generantur sicut
in isto iuvene credo contingere
Cum credam cor eius fri
gidum et humidum magis quam alia membra
ne complexionatum Potest iterum
causa huius tremuli motus
assignari ex parte colligancie
membrorum que in ipso lapsa
sunt ut stomachi epatis et
renum ipsius, licet verisimile
sit quod nocumentum hoc cordi
adveniat propter retencionem sanguinis
qui solent evacuari per emoroydales
les vias Et erit colligancia
per 2m denominanda quam vene
colligancias habent ad cor mediante
epate a quo oriuntur Qualitercumque
tamen contingat rationabiliter est
concedendum hunc tremulum motum
cordis per nocumentum essentiale cordis
et etiam per colligantiam provenire

Rum p altera ipsorum tm Et ex istis omnibus concludit q non leui solicitudine opportet attendi huic tremulo motui cordis tum ex multiplici causa proueniat Et iterum quia est egritudo uel accidens valde tremendum quoniam ille qui habet tremorem cordis semper continuum cauere debet ne subita intercipiatur morte 2a primi capo de hiis que pronosticant egritudines Et hec sufficiant pro uerificatione predictorum accidentium viij que molestant hunc virum

Sectio 2a De regimine horum accidentium continens articulos duos prima particula ponit regimen per conuenientem administrationem vj rerum non naturalium 2a vero per administrationem intentionum et instrumentorum medicinalium prima particula continet vj capitula secundum numerum vj rerum non naturalium

Capitulum primum de regimine eius per aerem

Si diligenter lapsus epatis huius viri et renum ipsius et etiam dolor capitis proueniens a colera vitellina ut patet capitulo 2o sectionis visum est ex quo aer et omnium aliarum rerum non naturalium applicatio fieri deberet cum infrigidatione et humectatione etc Verumtamen etiam confirmatur ex etate ipsius quia adolescens est et ex habitudine eius quia satis macer et hec macredo caliditatis et siccitatis arguit magis quam frigiditatem et humiditatem Verum quia in eo inueniuntur stomachi frigiditas et humiditas et motus tremulus cordis a frigiditate et humiditate proueniens Inuenitur etiam 2o in ipso intertio humiditatis augmentum quod consequitur emissionem caloris innati que successit retentionem eius consuetam ut supra visum est penultimo capo sectionis 2e Ideo propter hanc 2am consideracionem oportet administrari res non naturales in calore et siccitate eleuatas Et quia tales augent lapsum epatis et renum et dolorem capitis Et ex altera frigida et humida augent lapsum stomachi et cordis Ideo necessarium est medium tenere ita ut administrentur calefacientia et exsiccantia primi gradus et remisse dosis qualia enim in 1o caliditatis et siccitatis epatis et renum que intensa est per paulatim administrationem exeunt remissiua lapsus illorum membrorum Et exeunt contra lapsum stomachi et cordis que uidentur conuenientia esse Igitur aer loci uel habitationis eligatur ad leuem calitatem eleuatus et nobilior sicior quam calor media autem frigidus et humidus domus autem eius habeat aspectum orientalem uel meridionalem et sit camera tabulis condecentibus munita a flatu venti

Et a tursibus aquar' ul' a ppinquitate fontiu' elongata. Et
si no' e' aer in ea na'liter h'
tunc sepe in ea accendatur
ignis cu' lignis oliuar'. lauri
iunipi abietis et similia. Et
aer ipius sepe suffumiget' cu'
sandalis colofonia th'ure ligno
aloe aut storace calamita ppe
ul' cu' hoc q°to R. pul' mete
storatis ca' ligni aloes an' ℥ ij
th'uris colofonie laudani an'
℥ iij. fiat pul'. g°ssus de q°
aspgantur carbones igniti et
suffumiget' locus saltem 3bus
vicibus in septiana. Cu' quo
pul' etiam suffumiget' infule
ul' bireta quas in capite
tenet. Et attendat q' capt
eius coueniente defendat'
a frigore cu' biretis de g'na
suffultis ul' pellibus vaiior'
aut agnor'. aut alior' aluz
reflectentiu' calore et augmentantiu' ipm in capite.

Capm 3m particle prime sectionis 3e de administratione sompni et vigilie

Dormitio in vero isto non
d3 esse breuis ymo longior q'm consueuit ante q'm
egrotaret p'dcis de causis.
Eo quia p talem vigorabit'
digestio tam cibi q'm hu'orum in stomacho et in capite ppt' meliore applicatio'
digentis ad digestibile que
fit in sompno. q' ipe e' causa
redditio et congregationis
spuum ad intus. Mensura
igit' dormiendi no' sit in eo
minor q'm vij horaru'. et
esset ei "declinare" meli' ad viij
horas q'm ad vij. Si autem
contingeret q' in eo excedet vi'a
ppt' ratione' mor' et vaporum
calidor' ut supra visum est
tunc prouideat' eidem altero
istorum trium remediorum. primu'
q' in cibis eius q'nq' coquatur
g'na pineis albi et sil' cibo
comedantur. 2m vo est ut
q'nq' comedat lactucas elixas
cum aliis cibis. 3m est q' an
cena p vna' horam faciat ablucionem pedum et crurum usq'
ad genua. et manuu' et brachiorum et faciei cu' decoctione aq' huiusmodi. R. flor' salic' viol' ros'
nenufaris folior' lactuce et solatri an' ℥ ij. assari ℥ j. camo. ℥ ij. coquantur omnia in
sicula vna aque usq' ad consumptionem 3e partis. Si aute'
q'nq' in eo supfluat sompnus tunc
p'cedat ex hoc triplici remedio.
Primu' q' fiant fricationes a spatulis usq' nates et pedes. et
p brachia usq' ad manus cum
pannis calidis cutem rubificantibus ad inferiora tegendo. 2m
vero est ut abluatur caput
eius cu' lixiuio satis acuto et
cum sapone albo. et diligent'
tergatur. 3m vo est ut acc'
aliqn' in mane ℥ s. tyriace
antiq'. cu' ℥ j. aque rosmarini
calefacte et tardet cibu' horis
v. Dormiat itaq' elapsa vna
hora cu' dimidia post cibum
capite notabilit' eleuato. super
dextro latere prius in dormitione prima. de quo reuoluat se
ad sinistrum latus in dormitione 2a

Capm 3m de g'nali regimine horum actiuuz per administratione motus et quietis

Resi est tremulus motus cordis
quem viri viderent quod exercitium
paulo fortius mediocri huic viro
conveniens esset ac secundo supposito a
no secundo capitis stomachi epatis
renum et aliorum omnium accidentium
et a mali causa ipsorum Et quod
per exercitium tale quale est motus
progressivus et equitatio super
gradarius equus est sibi conveniens
quoniam per talia consumitur vel saltem
moderatur materia illorum accidentium
et diluitur ad vias expulsionis
velut ad poros ad viam urine
vel ventris vel sputi et similium
Racionem quia propter motum vel exercitium
materia ponitur in fluxu et mate
ria fluit vel expellitur ad
debilia membra diluendum est
ne propter motum vel exercitium materia
per modum fluxus vel evaporationis
tremorem cordis adaugeret
quod quidem facile experiri
potest hic adolescens in se
ipso Et quia post exercitium
forte augmentatur ille tremor
cordis et fit lesius(?) ingressus(?) iterum(?)
diligenter attendat quod ab omni
exercitio forti omnino abstineat
et precipue ab equitando ipsum inquietante
incessus et vehementi agitatione
Item caveat ab omni exercitio
et precipue super comestionem facto
Sicut enim motus ante come
stionem est sanitatis conservativus
ita post comestionem egritu
dinis inventivus generativus secundo al
mansoris capitulo 20 In summa iste
conveniencius est huic viro ut
ad plurimum quiescat et raro
et parum exercitetur etc.

Capitulum quartum
**de regimine per ina
nicionem et replecionem**

Item accidentia viri supradicta
omnia provenerunt ex plenitudine
totius corporis et membrorum
que lesa sunt / ideo apparet
replecionem omnem evitandam
esse Et quoniam males repleciones
augentur in corpore propter multam
ciborum et potuum assumpcionem
et inordinatum modum usus
eorum · ideo vir iste a ciborum
et potuum replecione omnino sibi
caveat etc. Preterea cum cibi
existant cibales · tamen multitudo
superfluitate nocere potest Aut au
gent materias quantitative · vel quia
propter eorum multitudinem calor
naturalis per modum fere suffoca
cionis materias adauget per viam
indigestionis generatas regitur
in cibis et potibus sunt ille
tales observande / prima quod
nunquam comedat nisi verum
et naturalem appetitum cuiusque
perceperit / 2a quod cum multo de
appetitu cuiuslibet cibari etc.
3a · quod in cibacione leviora
preponat grossioribus quod nota
ultimo capitulo huius particule
haberi poterit / 4a regula
quod mensura ciborum et potuum
conveniens per quam omnis gravi
tas et tensio et fluctuacio
a stomacho excludatur / 5a
regula quod nunquam accipiat ci
bum et potum nisi eum senserit
presumptum cibum a stomacho
descendisse / 6a regula quod
nunquam cibetur eum semina ab
hominacionis fastidii accedens
vel acetosi que in stomacho
percipiuntur Eum dum neutrum
istorum affuerit cibos alias etc.

**Capitulum 5m de regimine per
convenientem admini
strationem · passionum ac**

passionum anime contristantium mentem et corpus angustare faciencium applicacio evitari debet quoniam spiritus aut suffocatus detinetur et coartatur in istis aut per continuum et repentinum motum resolvitur et consumitur. Aut quia motum spiritum magis et inordinatum ad diversas dictas partes membri movet de intus ad extra aliquando vero econtra distrahuntur. quare sepe magis corrupcione corrumpuntur. Similiter etiam passiones anime per quas in motu vehemenciori ponuntur spiritus et humorales membri evitari debent. velut ira vehemens furor et consimilia accidentia propter causas allegatas. Et maxime quia propter tales vehementes fit motus in spiritibus et humoribus. Cum augmentatur naturalis motus tremoris preexistens et fixus. Si enim iracundia magna in homine sano non habente cordis motum preter naturam talia evenire possunt ut sensus ostendit quanto forcius talia contingere possunt in hiis qui iam lesi sunt et egrotantes. quare omnia evitanda sunt propter vehementer corporis agitacionem quem efficiunt. Ipsa enim extenuant et mutant corpus ab eo que est secundum naturam consistencia ut 3o tegni. Capitulum octavum et ultimum de convenienti administratione ciborum et potuum

Conformiter predictis sermonem faciendo de regimine huius viri per administracionem ciborum et potuum etc. quod regimine eius per cibos ipse cibales dictos convenienter fieri debent. Tales

enim cibi in quantitate operanti preter (?) casu ammodo. non augent lapsu tremoris in partibus aliquibus. Cum quia raro et pauci tales inveniuntur cibi et potus. Attamen invenientia cibus quandoque actus vestitur plurimum sunt operantes a qualitate et a materia sunt. Ideo de talium ciborum applicacione dicendum quod omnes tales cibi et potus huic viro sunt convenientes qui sunt a materia operantes et habent qualitates remissas ut caliditatem siccitatem humiditatem et siccitate. Et quod inter eliquos convenientiores erunt ei omnes qui non transcendunt qualitates primi gradus. aut parum in mansionis 2i gradus. Et si tibi tales raro inveniuntur aut pauci tunc oportet alterum refrangere cum altero ut frigidum cum calido. sicut commiscendo coquendo infundendo pulverisando cum carnibus pullorum columbarum vel similium. Et cinamomum vel aliud aroma commiscendo cum acribus vel acetosis cibariis reversis distrenendo ac facile per species predictas eligatur ab eo panis de vera simila vel polline farine factus parum fermenti recipiens amplius quam communis panis et parum salis et et sit bene coctus non azimus nec adustus nec factus de frumento ex locis infectis collecto etate sua duorum dierum aut trium ad amplius terminum non transcendens

Carnes

De carnibus autem eligantur de quadrupedibus domesticis vituli lactantis capri vel iuvenis et castrati iuvencli bene pinguis

Et aliquorum passerellorum domesticorum
carnes et precipue partes earum non
valde pingues. Item inter alias
nutribilissime sunt xi. capitulo primo e.
Carnes etiam agne et precipue cum
fuerint de animali bene nutrito
non transcendenti annum etiam lauda-
biles sunt ei. Neque timeatis de
humiditate earum quoniam cum ea sunt
boni nutrimenti et velocis digestionis
De quadrupedibus silvestribus lau-
dabiles sunt carnes capreolorum
Ipse enim inter silvestres carnes me-
liores existunt et sanguis ex
eis generatus paucas habet superfluitates
3o aliud capitulo 20. Caro autem
leporis eidem convenire potest
propter augmentum siccitatis quo adversatur
multiplicationi flatus. Et precipue quando
condita cum cinamo croco et simi-
libus et condita etiam convenit
cum pinguedine removente propter
eius ad generationem sanguinis melan-
colici. Caro autem iuvenis porci sil-
vestris conveniens est ei quoniam
augmentum humiditatis eius restringitur
ab exercicio vehementi quo venatur
cibum suum qui plurimum est ex
glandibus nucibus et radicibus
alterius qualitate preparatum. Cervi
eidem convenire possunt carnes cuo-
rum propter elongationem earum ab ex-
cessu humiditatis. Et precipue cum fuerint
animalium iuvenum quorum carnes
difficilis digestionis existunt propter au-
gmentum humiditatis invecte in etate
pueritie vel prima earum. Carnes
autem cuniculorum et precipue non nutri-
torum in carceribus sed in ruribus
degentium eidem competunt. De
carnibus vero volatilium et precipue do-
mesticorum laudabiles sunt pulli
non ultimum nati ymo bene adulti
et capones etc et gallie precipue

Caro namque gallinarum omni
alia carne melior est. 2 e
contra capitulo 6 6 q°. Laudabiles etiam
sunt vobis carnes columborum
iuvenum completas pennas
habentium. Pulli enim columborum
dantur in cibo illius cuius corpus
evacuatum est a sanguine aut in-
firmatum ex longo morbo 2 e°
3 tis preallegato capitulo. Carnes
etiam iuvenum pavonum utiles
sunt ad bene digerendum. Anserum
vero et anatum usus non sit vo-
bis nisi valde rarus. Caro
enim anatum multas habet superfluitates
et fastidium multum facit. 3o
aliud capitulo 29. Carnibus vero
silvestrium volatilium ut perdicum
fasianorum coturnicum et stur-
nellorum similiter et carnes mi-
nutarum avium in dumetis de-
gentium ut ficedule merule
turdi cardelli et similia et
similes. Volatilium vero silvestri-
um et precipue que nutriuntur in
stagnis et paludibus non sit
eorum usus. De plantis
vero utiles sunt vobis plante
omnes calide coquendo cibaria
cum eis et condiendo. Et
precipue cum ex eis parum accipitur
ut sunt feniculus petrosillum apium
menta salvia rosmarinus
serpillum anetum ruta calamentum
et similia. Et precipue que coquuntur
cum frigidis ut refrangatur
et refragentur ab eis velut
sunt spinachia bleta lactu-
ca portulaca endivia cucurbite
et similes. De seminibus vero uti-
le est vobis ordeum et condi-
menta ex eo facta et risum
cum multo lacte amigdalarum factum

Et fac etiam similiter preparatum et ci-
cer rubeum et album. Et paratum
cum lacte amigdalarum vel aliud fe-
bilia fabe fasioli zisamus et
dorella dimittantur. De radi-
cibus vero laudantur vobis sparagi
locuste i. capucioli et napi
et bacie et karote. Sinapis
etiam uti potestis et preparate i. igne
coctis vel cum brodiis piperibus.
Alie autem radices velut ale-
um cepe porrum et bulli di-
mittantur. Raphano etiam
non utimini nisi raro. Lactis
vero et precipue coagulati usus
non est vobis laudabilis propter
caput et stomachum principaliter.
Cibaria vero cum eo cocta
et preparata non sunt vitupan-
da. Potestis etiam uti caseo
